

humilibus effectibus et petitionibus inclinati praedictos mansos cum censu serviciis iuribus et omnibus pertinentiis, quae nunc insunt aut in futurum inesse poterunt, saepedictae ecclesiae sanctae Aerae in Mysna appropriamus in his scriptis et appropriata in nomine domini confirmamus, decernentes bona supra dicta in toto ecclesiastica ad ius et tuitionem libertatis ecclesiasticae perpetuis temporibus pertinere. In quorum testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum, praesentibus testibus infra scriptis, videlicet domino Vlrico archidiacono Nysicensi et plebano in Dresden, domino Herbordo perpetuo vicario ecclesiae Mysnensis, domino Sybotone eiusdem ecclesiae perpetuo vicario, domino Vlrico ipsius ecclesiae perpetuo vicario, magistro Alberto ecclesiae sanctae Aerae Mysnensis perpetuo vicario, Heynrio de Milbuz, Alberto cive in Mysna et quam pluribus aliis fide dignis. Et nos Waltherus dei gratia praepositus, Heynricus decanus totumque capitulum ecclesiae Mysnensis ad ostendendum consensum nostrum ad appropriationem praedictam unanimiter accessisse, sigillum nostri capituli praesentibus duximus appendendum. Datum et actum Mysnae anno domini M°.CCC°.XVII°. Idus Augusti, in die beati Ypoliti et sociorum eius.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem beschädigten Siegel des Bischofs; das des Capitels ist abhanden gekommen.

No. 196. 1323. 18. Nov.

Die Burggrafen Hermann und Meinher von Meissen verleihen dem Afrastifte zu einem Jahrgedächtniss ihrer Aeltern Geldzinsen in Prawschütz.

In nomine domini amen. Ne ea quae aguntur in tempore simul cum tempore defluant, necesse est illa testibus et litterarum testimonio perhennari. Hinc est, quod nos Hermannus dei gratia et Meinherus burgravi Misnenses et comites de Hartenstein ad instar progenitorum nostrorum beatae recordationis, qui ecclesiam et conventum dominorum canonicorum regularium sanctae Aerae in Misna singulari favore et largo affectu prosecuti sunt viventes in hoc seculo, ecclesiam eandem conventumque eiusdem et favore eodem prosecqui dulciter sumus solliciti, ipsae ecclesiae et conventui tria talenta et quatuor grossos Pragenses in villa Prawtschitz*) cum omni iure et utilitate, sicut fidelis noster Heinricus de Slynitz eadem et eosdem a nobis tenuit et possedit, appropriamus et donamus liberaliter ob divinae pietatis intuitum, seu ob remedium animarum parentum nostrorum, quorum dies anniversarios, videlicet patris nostri Meinheri Felicis et Adaucti, matris autem nostrae Sophyae Egydii, semper futuris temporibus peragere debent more solito fideliter et devote, omni iuri, quod nobis in bonis praelibatis competit vel actenus competere visum est, ex maturo consilio renunciantes et ad dictam ecclesiam benivole transferentes, praeter provinciale iudicium, quod in his sicut in aliis reservabimus competentibus nobis bonis. In cuius rei elucens testimonium damus hanc litteram sigillorum nostrorum munimine firmiter roboratam, ad hoc rogatis testibus domino Conrado de Strelis praeposito Wurzcinensi, domino Lutoldo cantore Misnensi, dominis Heinrico et Alberto de Gvbin canonicis

a) Präbschütz, Par. Mochau; s. Bd. 3. S. 16. Märcker a. a. O. S. 200 nimmt Proschwitz an.